



**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

17. Lysimachus multis in templo commiſſis ſacrilegiis, ante ærarium interficitur. Calisthenes, cum ſacras ianuas incendisset, incendio consumitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

636 COLLATION. SACRAR.
tam ciuitatem iubet circunduci: & in eodem
loco, in quo in Oniam impietatem commise-
rat, sacri legum vita priuari, Domino illi
dignam retribuente poenam.

Ex eod. lib. 2. cap. 4. & 8. Machabeorum. Lysimachus multis in templo commissis sacrilegijs, ararium interficitur. Callisthenes, cum sacras ianuas incendisset, incendio consumitur.

C A P. XVII.

MVLtis sacrilegijs in templo à Lysimachis commissis, Menelai consilio, & diuulgata fama, congregata est multitudo aduersus Lysimachum, multo iam auro exportato. Tunc illis autem insurgentibus, & animis iracundis, Lysimachus armatis ferè tribus millibus, quibus quis manibus uti coepit, duce quodam tyranno, arate pariter & dementia prouecto. Sed intellexerunt conatum Lysimachi, alij lapides, alij fustes validos arripuerunt: quidam cinerem in Lysimachum iecerunt: Et multi quidem vulnerati, quidam autem & prostrati omnes verò in fugam conuersi sunt. Is enim etiam sacrilegum secus ararium interfecerat. (3. Mach. 8.) Et cum epinicia agerent in Hierosolymis, eos qui sacras ianuas incenderunt, ad Callisthenem, cum in quoddam domicilio refugissent, incenderunt, digna illis mercede pro impietatibus suis reddita.

Ex 2. Machabeorum cap. 13. De funesto interitu Menelai sacrilegi.